

1765 4 M  
COMMENTATIO IURIDICA IN AVGVRALIS  
DE  
**VSVRIS FRVCTVVM**

---

QVAM  
**CONSENSV ILLVSTRIS ICTORVM  
ORDINIS**

PRO  
SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS  
RITE LEGITIMEQVE CONSEQUENDIS  
**IN ALMA LVDOVICIANA**

AD DIEM XII. DECEMBER. CIO IOCC LXV.

PVBlico PROCERVm ACADEMIAE EXAMINI  
SUBMITTIT

**FRANCISCVS CAROLVS  
DE SACHS**  
WETZLARIENSIS.

*G I E S S A E,*  
EX OFFICINA BRAVNIA.

25

ASARIS HISTORIA  
IN SEQUITRIO

CONSENSU ET CENSURO  
ORDINATA

MUNIMIS IN VULGOQUE IURE INDOCTRIAE  
ET LIBERTATIBUS CONSTITUTIONIBUS

FRANCISCA MAGISTER  
HABITUS ET MANNERIBUS  
MUNIMENTIS ET MUNIMENTIS  
MUNIMENTIS ET MUNIMENTIS

FRANCISCA MAGISTER  
DE BACHS  
HABITUS ET MANNERIBUS  
MUNIMENTIS ET MUNIMENTIS

FRANCISCA MAGISTER  
DE BACHS  
HABITUS ET MANNERIBUS  
MUNIMENTIS ET MUNIMENTIS

**ILLVSTRISSIMO CELSISSIMO**  
**ET**  
**EXCELLENTISSIMO**  
**DOMINO DOMINO**  
**S. R. I. COMITI**  
**SPA VR**  
**DE**  
**PFLAVN ET VALOËR**  
**DOMINO IN BVRGSTALL WINCKEL**  
**ET PFIRSCHHEIM RELIQUA.**  
**SAC. CAESAREAE MAIESTATIS**  
**CONSILIARIO INTIMO ACTVALI**  
**CAMERARIO**  
**ET**  
**SVPREMO**  
**CAMERAE IMPERIALIS**  
**I V DICI**  
**DOMINO DOMINO SVO**  
**CLEMENTISSIMO**

ITEMQUE  
ILLVSTRISSIMIS ET EXCELLENTISSIMIS  
CAMERAE IMPERIALIS PRAESIDIBVS

DN. IOANNI MARIAE  
RVDOLPHO

S. R. I. COMITI DE WALLBOTT ET  
BASSENHEIM

DOMINO IN BASSENHEIM OLLBRVCK PYRMONT  
CRANSBERG ET SEVENICH RELIQA.

INCLYTI ORDINIS TEVTONICI EQVITI HEREDITARIO  
ARCHIDIOCESEOS MOGVNTINAe PINCERNAE HE-  
REDITARIO CONSILII S. R. I. ORDINIS EQVESTRIS

AD MEDIVM RHENI PRAESIDI  
SACRAE CAESAREAE MAIESTATIS  
CONSILIARIO INTIMO ACTVALI

AC

DN. CHRIST. ALBRECHTO  
CASIMIRO

S. R. I. BVRGGRAVIO DE KIRCHBERG  
COMITI IN SAYN ET WITTGENSTEIN

DOMINO IN FARNRODA RELIQA.  
SACRAE CAESAREAE MAIESTATIS  
CONSILIARIO INTIMO ACTVALI

DOMINIS SVIS GRATIOSISSIMIS

PARITER QVE

PERILLVSTIBVS ET GENEROSIS  
AVGVSTISSIMI CAMERAE IMPERIALIS TRIBVNALIS  
ADSESSORIBVS

DOMINIS PERQVAM GRATIOSIS  
AC MAECENATIBVS SVIS.

DN. FRANCISCO WILHELMO  
DE LOSKANNT.

DN. IOAN. ARNOLDO HENRICO  
IOSEPHO DE CLAVSPRVCH.

DN. FRANCISCO GEORGIO  
DE LEYKAMM.

DN. PHILIPPO HENRICO S. R. I.  
LIBERO BARONI DE REVSS  
CONDICTO HABERKORN.

DN. IOANNI CHRISTOPHORO  
DE LEIPZIGER.

DN. IOANNI VLRCO S. R. I.  
LIBERO BARONI DE CRAMER.

DN. IOANNI WILHELMO  
RIEDESEL S. R. I. LIBERO  
BARONI AB EISENBACH.

DN. IO. PHILIPPO FRANCISCO  
DE FLECKENBVHL CONDICTO  
BVRGEL.

DN. CAROLO THEODORO NOBI  
LI DE L'EAV S. R. I. EQVITI.

DN. IO. PETRO AB ORTMANN.

DN. IO. HERMANNO FRANCISCO  
S. R. I. DYNASTAE ET LIBERO  
BARONI DE PAPE, CONDICTO  
PAPIVS.

DN. IOANNI SEBASTIANO S. R. I.  
LIB. BARONI DE ZVLLERBERG.

DN. IO. HENRICO S. R. I. LIBERO  
BARONI AB HARPPRECHT.


DN. CASP. ANTONIO AB ALBINI  
S. I. R. EQVITI.

DN. GEORGIO PHILIPPO DE  
FLECKENBVHL CONDICTO  
BVRGEL.

DN. CHRIST. S. R. I. DYNASTAE  
ET LIB. BARONI DE NETTELBLA  
REGII ORDINIS SVECICI SVB  
SIGNO STELLAE SEPTEN-  
TRIONALIS EQVITI.

DN. IOANNI WILHELMO  
DE SVMMERMANN.

VITAM FELICITATEM AETATEMQUE  
PERPETVAM  
INCOLVMITATEM PERENNEM  
EMISSISSIMA ANIMI SUBIECTIONE PRECATVR  
ATQVE DE  
PRIMITIAS HASCE ACADEMICAS  
SVMMA QVA DECET  
PIETATE REVERENTIA DEVOTIONE  
RECHI ORATIONIS SAB  
DICAT DEDICAT CONSECRAT  
SIGNO STELLAE SEPTEMBER  
TRIONVHS EGVSTI  
DN. IOANNI WILHELI MO  
DE SUMMERMANU  
OBSEQUENTISSIMVS ATQVE DEVOTISSIMVS  
FRANCISCVS CAROLVS DE SACHS.



## CONSPECTVS DISPVTATIONIS.

### SECT. I.

#### GENERALIA DE VSVRIS ET FRVCTIBVS.

§. I. Etymologia vocis & definitio usurae.

§. II. a) Aequitas & iustitia usurarum ex iure naturali.  
b) Prohibitionis ratio in veteri & nouo testamento, nec non  
c) iure canonico, ab eoque modus emtionis annuorum reddituum  
introductus.

§. III. a) Ius ciu. Rom. varia de usuris disponens. b) Ignorantia usurarum apud veteres Germanos. c) Earum usus frequentior Saec. XVI. d) Ordinat. Polit. & Recess. Imp. de usuris earumque modo disponentes.

§. IV. a) Ratio cur in Imperio Germ. quantitas usurarum ad quincunxes restricta, b) quatenus haec vniuersalis dispositio in territoriis Statutum servetur.

§. V. Usurae usurarum quare prohibiteae, & in quibus casibus admittantur.

A

§. VI.



§. VI. Quid sub denominatione quanti interest veniat?

§. VII. a) An non sub iuramento Zenoniano & in item afectionis plusquam usurae usurarum lateant? b) Frequens horum in Cam. Imp. usus ostenditur.

§. VIII. Quid sub proprio fructuum nomine veniat, & in quam ab usuris differant?

§. IX. Distinctio in fructus perceptos & percipiendos in quibus casibus locum habeat. Conclusio huius Sectionis.

## SECT. II.

### DE USVRIS FRVCTVVM.

§. I. Ostenditur aequitas usurarum de fructibus.

§. II. Recte fructus erga usuras in mutuum dantur.

§. III. Cur iniustum sit, dominum praedio suo ab alieno detentore priuatum similiter de fructibus usuras repetrere?

§. IV. Ad præstationem quanti interest domini, re & fructibus carere, tenetur omnis iniuste possidens, qui vel fecit vel potuit facere, ut de fructibus pretium ad usuras dederit, vel alios sibi fructiferos fundos acquirere potuerit.

§. V. In entione annuorum reddituum pro fructibus vel redditibus non solitus omnia iura & praxis usuras adiudicat, cur non de fructibus ex praedio restituendo perceptis pariter restantibus?

§. VI. An differentia inter fructus extantes & consumptos in hac materia quid operari possit?

§. VII.



3

§. VII. Et An b. vel m. fides in hoc negotio quid potius trahat.

§. VIII. An non saltem condemnatus ad restitutionem fructuum de usuris eorum teneatur?

§. IX. Quid de creditore antichretico ratione restituendorum sentiendum?

§. X. Quando huius m. fides initium sumat?

§. XI. Quid in Cam. Imp. circa materiam usurivarum de fructibus iuris sit?

§. XII. Olim nulla diuersitas sententiuarum obtinuit.

§. XIII. Nouis temporibus usurae fructuum non adiudicatae, sed petitum eatenus denegarum.

§. XIV. In solo caſu spoliū camera Imp. usuras fructuum adiudicat.

§. XV. An haec diuersitas in iude fundata?

§. XVI. An non sit idem dannum emergens et lucrum cef-  
fans domino re sua longissimo tempore priuato, quod domino  
forte breui tempore sed spoliatiue deieclo, et an non eadem lucri-  
ficatio iniqui tranquilli detentoris, quam turbulenti spoliatoris?

§. XIX. Concluſio.



A 2

COM-



COMMENTATIO

DE

VSVRIS FRVCTVVM.

SECT. I.

GENERALIA DE VSVRIS, ET FRVCTIBVS.



§. I.

icet in iure potior rerum, quam  
verborum sit cognitio, a) non ta-  
men penitus verborum ratio negli-  
genda, ex quorum quippe cogni-  
tione haud raro in ipsius rei noti-  
tiā inducimur, monente ARISTO-  
TELE b). TERENTIVS VARRO c) vſura, inquit,  
1400 2 A CUM



5

cum ad sortem accederet, ex usu usura dicta, ut fors, quod suum sit sorte, puta, quod una sit cum forte. Sed expeditior PRISCIANVS: d) ut armatus, & armatura, scriptus & scriptura, sic ab usu quoque usura factum. Quam ob rem tam usui loquendi, quam menti veterum ICorum consentaneum esse arbitror hanc usurarum definitionem: esse scil. eas incrementum (accessionem) e) rerum fungibilium, in primis pecuniae ad reparandum creditoris damnum ex priuatione usus enatum.

- a) L. 17. ff. de leg. L. 13. §. 2. de excus. tut.
- b) 3. Metaph. 2. & 2. Top. 6.
- c) Lib. IV. p. 30.
- d) Lib. IX. p. 923.
- e) Ita appellat ALEX, Imp. in L. 12. C. de usur.

## §. II.

Quodsi de iustitia & aequitate usurarum inquiramus, satis hanc in ipsis adeo naturae praeceptis fundatam reperimus; est enim 1) Consentaneum Philanthropiae uniuersali, vt alios homines, quibus vires ad obtinendam aliquam perfectionem non suppetunt, nostrarum, ad maius bonum comparandum non sufficientium, subministrato quanto, bono illi, quod quaeritur, proportionali adiuuemus a). In omni gratuita fortis mutuatione inest donatio eius,

A 3

quod



quod debitorem, ad indemnem seruandum credito-  
rem, soluere oportebat. Quemadmodum igitur  
nulla nos cogit charitatis ratio, ut rem, qua ipsi *per-*  
*aeque vel magis*, & quidem *vere*, indigemus, done-  
mus petenti, siquidem talis donatio *maiis bonum* im-  
peditura esset, seu *nos ipsos simpliciter*, seu *nos com-*  
*parate tanquam membra ciuitatis Dei spectemus*: ita &  
*preium usus rerum fungibilium*, quo ipsi magis, vel  
*peraeque ac debitor egemus*, ut huic remittamus,  
*eatenus non iubere aequitatem*, ex eadem ratione ap-  
paret. II) *Vsura plerumque contrahitur ex Con-*  
*Jensu pariter accipientis*, quam *dantis*, adeoque, refe-  
rente hoc etiam *illustri PVFFENDORFIO b)* nec na-  
turali iuri repugnat, nec furtum ea committitur,  
quippe cum nitatur consensu, & contractu homi-  
num libero. Nec facit III) communis obiectio:  
mutuum sua natura gratuitum esse debere, pecu-  
niam sua natura esse sterilem, nec nummum natu-  
raliter gignere alterum, vti fructus fructum; quo-  
niam partim falsa supposita, partim falsas consequen-  
tias haec dubiola continent. Pecuniam ciuiliter fer-  
tilissimam, ciuilemque rerum fungibilem usum &  
fructum esse, experientia testis est.

Aliter quidem hac in re statuit *Sacra Scriptura*  
*tam Veteris quam Noui Testamenti*. Sic enim loca  
sunt: *Exod. XXII. 25.* ne *fœnus agites in populo Dei*,  
*aduersus fratrem Ifraëlitam Leuit. XXV. 36.* idque *sue*  
*in*



in pecunia fiat, siue in alia re fungibili Deut. XXIII. 19. Et in Nou. Testamento ipse Seruator Luc. VI. 34. 35. dicit: *mutuum date, nihil inde sperantes.* Attamen, illust. NOODTIO c) obseruante, ratio *prohibitionis* Mosaicae propria erat *constitutioni reipublicae Iudaicae*, cuius Gubernator summus, ciues iussit, *fratrum germanorum modo*, mutuam gratis subleuare inopiam, in primis cum apud illos mercaturaे quaestus esset vel nullus, vel exiguis, vtpote praediorum reditu viuentes; & praeterea etiam Iudaicae reipublicae instituta, a coetibus christianorum, toto orbe dispersis, esse alienissima nemo inficiabitur. Illud autem Luc. VI. 34. 35. cum aliis egregie explicat SALMA-SIVS d); non ibidem Seruatorem quaestionem de foenore tractasse; sed *caput ipsum* debitori misero condonari iussisse, demonstrans. Etsi vero concedere velimus, foenus intelligi: tamen si *vniuersum* illud istic vetari putes, in fallaciam incidas a dicto secundum quid, ad dictum *simpliciter*.

His non obstantibus ecclesia tamen, & Doctores & Pontifices ipsi coelum & terram negarunt illis, qui mutui dati causa accipere audirent vsluras. Plenissima dirarum sunt DECRETA<sup>e</sup>) quae loca auctoritate conspicua sunt CONCILIORVM Sanctorum Patrum, AVGUSTINI, HYERONIMI, GREGORII M. AMBROSII; atque DECRETALES<sup>f</sup>). Ut tamen nec in hoc contra aequitatem iuris naturalis agere videantur,



tur, haud quidem approbarunt quantitatem usurarum in iure ciuili determinatam, sed vel ad id obstrictum voluerunt creditorem, vt quolibet casu interesse suum doceat, vel etiam, ne quis huic difficultati se implicare cogatur, inuenerunt, per constitutiones Pontificum recentiores modum, quo *emptione annuorum reddituum vtrique, & creditori & debitori, consuleretur, de cuius indole, & in quonam ab usuris recedat videre est FELZ g.*) Ita summus Pontifex.

a) vid. WOLFF Thun und Lassen §. 769. seq. A. G. BAVM-GARTEN Ethic. Phil. §. 304. Illust. DARIES prim. lin. phil. §. 304. & §. 364.

b) de iur. N. & G. Lib. V. c. 7. §. 9. add. BROEDERSEN de usur. licit. & illicit. pag. 261.

c) de foen. & usur. I. 10. SELDENVS I. N. & G. VI. 10\*

d) de foen. trapez. pag. 280. seq.

e) in dist. XLVII. & Caus. XIV. q. 3. 4. 5.


f) Lib. V. tit. 19. de usur.

g) in diff. de different. usur. & ann. reddit.

### §. III.

Progradimur ad iura Romana. His foenoris usus omni aeuo frequentissimus fuit. Ita enim de hoc testatur CORN. TACITVS a): Sane vetus urbi foenebre malum & seditionum discordiarumque creberri-

ma



*ma causa: eoque cohabeatur antiquis minusque corruptis moribus. Multis igitur, pergit idem Auctor, plebiscitis obuiam itum fraudibus, quae toties repressae miras per artes russum oriebantur: durauit ideo foenoris odium apud viros antiquae continentiae, licet illud per se honestum esse saniores intelligerent b). Mutatis nihilominus temporum interuallis vſuras legibus muniuerunt legislatores ethnici non minus quam Christiani. Nam & in Digestis c), & Codice d), de vſuris agunt, ipſeque IUSTINIANVS modum vſurarum legitimum determinauit, constitutionibus scriptis contra improbos foeneratores e).*

Vetustissimis Germaniae magnae incolis quemadmodum aeris & commerciorum vlus defuit, ita quoque vſuræ apud eos ignotæ magis, quam exosæ fuerunt. Sic enim TACITI f) verba habent: *foenus agitare, & in vſuras extendere, ignotum, ideoque magis seruat, quam si vetitum esset.* Sed Germani, qui Rhenum traiecerant, occupatis Romanorum finibus, cum primum sedem sibi statuere, rem pecuniariam & agrariam diligenter colere, & mercatulis rem facere cooperunt, vſum foenoris intellectum approbarunt. Complures ex eo tempore in Germaniam magnam ex deuictis finibus transfere opifices & mercatores, in Saxoniam quoque, sub Carolo M. terris Francicis vnitam; oppida condita, commerciorum incrementa aucta, & cum his inoleuit pecuniae indigentia



gentia & cupiditas maior, quam copia. Abhorre-  
bant a studio rei oeconomiae familiae illustres & nobi-  
les, & cum tum in sedes temporarias ludosque equestris,  
tum in expeditiones cruce signatorum innumeros sum-  
ptus facere cogerentur, adeo se implicarunt, vt ca-  
rere ipsas laribus & sepulchris autis oportuerit. Eo  
rerum statu, referente hoc DV FRESNE g) inua-  
sunt sensim Germaniam foeneratores publici iudei,  
& ex Italia Caorcini (vulgo Lamperter) qui cum mille  
modis, sine villa religione, pauperes decipere & ex-  
haurire solerent, publicum tum hi, tum vslrae ex-  
citarunt odium. Haec antiquitus. Exeunte Saec.  
XV, cum maiori argenti copia ex terrae visceribus  
eruta nummorum penuria non adeo laboraretur,  
ideoque sub finem huius, & initium Saec. XVI. pre-  
tium foenoris vulgare sensim rediret ad quincunes aut  
semisses, vslum est, foeneratorum crudelium audi-  
tati, qui singulari fortuna aduersa laborantium ege-  
state abusi, ninnium cessanti pecuniae suae vslui pre-  
tium statuerent, modum ponere. Quapropter anno  
1500. in R. I. §. 31. von wucherlichen Contracten foenus  
illicitum reprobatum, sed quodnam pro tali haben-  
dum? nondum definitum. Anno 1530. in Reform.  
Polit. Tit. 26. varia improbi quaestus genera enu-  
merantur, & primum vltra quincunes petere h) pro-  
hibetur. Anno 1532. in R. I. Ratispon. art. VIII. in-  
scriptus est: von Policien, wucherlichen Contracten, Zu-  
den

810198.




II

den: Buchern und Monopoliis, tanquam quae mala  
eradicanda sint in omnibus Germaniae provinciis.  
His consonantes sunt: *R. I. Ratisp. de 1541. §. 76. Re-*  
*form. Polit. de 1548. art. XX.* Et in *R. I. Spirens. de*  
*1570.* denuo inculcatur: ne Camerae Imperialis As-  
sessores in dubium vocare permittant ea, quae ad-  
uersus usurpas decreta in Comitiis olim saepius. Anno  
1571. in *R. I. Spir. §. 36.* repetita prohibitio, ne in  
commutandis monetis exerceatur foenus. Anno  
1576. in *R. I. Ratisp. §. 80.* idem recoquitur. Anno  
1577. *Ord. Politicae Francof. Tit. XVII.* iterum in-  
scriptus est: von wucherlichen Contracten, in eaque  
non tantum superiores leges confirmantur, sed etiam  
noua poena dicitur transgressoribus usurariis, amiss-  
sio scil. fortis quoad quartam partem. Demum anno  
1600. in *Recess. Deput. §. 139.* statuerunt cum Augu-  
stissimo Ordines, ut ab eo, qui tardius solueret, pen-  
derentur *quincunces*, nisi creditor *interesse nomine*  
plus docere velit. Quievit exinde foeneratia histo-  
ria, sed bello tricennali finito, cum vniuersa fere  
Germania in aere esset alieno, exhaustaque a milite  
peregrino, graue erat, & litigiosum de usurpis argu-  
mentum. Hinc anno 1648. Pace Westphal. i) cau-  
tum: *de indaganda aliqua ratione, & modo aequitati con-*  
*nueniente, qui persecutiones actionum contra debitores ob*  
*bellicas calamitates, fortunis lapsos aut nimio usurarum*  
*cursu aggrauatos moderate terminari -- possit, Caesarea*


B 2

Maie-



*Maiestas curabit, exquiri tam iudicij Aulici, quam Cameralis vota & consilia, quae in futuris comitiis proponi & in constitutionem certam redigi possint.* Fadum illud anno 1654. R. I. nouiss. §. 174. in verbis: anreichend die künftige Zins und interesse, sollen von nun an dieselbe, sie seyen aus wiederkauflichen Zinsen, oder vorgestreckten Anlehn herruhrig und versprochen, jedoch nach Anweisung der Reichs-Constitutionen, und weiter nichts als 5. p. Cento alle und jede Jahren, in vergleichbaren Terminen ohnfehlbar bezahlt, und im Fall des Saumsals, auf bloße Vorzeigung der Obligation, per paratam executionem verfahren werden. Hae sunt, quae de modo usurarum in Imperio nostro extant constitutiones, quarum seriem & cum iure communi harmoniam diligentius monstrauit MICH. GRASSVS k.

- a) Lib. VI. annal. C. 16.
- b) de CICER. v. LACTANT. L. I. de fals. rel.
- c) Lib. XXII. tit. I.
- d) Lib. IV. tit. 32.
- e) sigillatum in L. 26. 27. C. de usur. atque in Nou. 121. 138. 160.
- f) de M. G. C. 26.
- g) in Gloss. v. usurarii & Caorcini.
- h) ibid. §. 1. & 8.
- i) art. VIII. §. 5.
- k) Collat. iur. ciu. cum recess. Imp. Sect. 6. §. 1. §. IV.



## §. IV.

Agnouerunt ergo legislatores nostri, aequum esse, vt creditori damnum ex priuatione vſus enatum aliquo saltē modo resarciantur, ideoque tum ad litium desuper resultantium abbreviationem, tum vt creditor interesse ob moram sine difficultate consequatur, voluerunt per constitutiones praememoratas in mutuo certos vſuris limites ponere; hinc constituerunt, non vltra *quincunces* tolerandas esse in Imperio nostro Germanico, atque hanc in iudicando normam, nisi maius interesse a creditori doceri posse, a supremis imperii dicasteriis strictissime obseruandam iusserunt. Id quod non tantum de mutuo, verum etiam emtione annuorum redditum, aliisque stricti iuris contractibus intelligendum esse compluribus probauit *III. Dn. HOMBERGK a).* Sed dices: vnde veniat, quod non obstantibus his imperii legibus Status Imperii vſuras vltra *quincunces* in territoriis suis introduixerint? Sic enim testatur *BODINVS b)* in terris *Bohemiae, Silesiae, Lusatiae, Marchiae, Pomeraniae & Brunsvicensi* nec non Principatu *Halberstdensi &c.* vſuras *semisses*, si conuentae sunt, exigi posse, & quotidie adiudicari. Nostri instituti ratio haud est, hic in potestatem Statuum Imperii, & quantum illis liceat, de *rebus politicis*, & in *quibus*, vt aiunt, *publicum interesse concurrit*, in suis territoriis consuetudines aut leges constitutionibus imperii contrarias



trarias permittere aut promulgare. Sed illud tantum cum Perill. Dno de LVDOLF c) obseruasse sufficiat, eiusmodi statutum de permittendis usuris semissibus in Camera Imperiali nullatenus attendi, sed quod ultra est, ad legitimum usurarum modum reduci.

a) in diff. de usur. in contract. strict. iur. secundum Recess. Dep. de anno 1600. §. 139.


b) in diff. de usur. licit. ultra quincunc.

c) ia Iur. Cam. pag. 98 edit. nouiss. add. GAIL lib 2. obs. 5. n. 10. Conferri tamen possunt 10. GOTTER. de MEIERN Gedanken von der Rechtmässigkeit des sechsten Zinsthalers in Deutschland, & quae deinde inter ipsum & anonymum eam in rem disputata sunt.

### §. V.

Multo severius autem prohibent leges, ne usurra a debitore non soluta, manente eadem debendi causa, nouam pariat foeturam, seu sic dictum Anatocismum, den. Umschlag. Iam ante IVSTINIAN: poena infamiae huic praeposita; exceptae tamen erant species duae: 1) Si usurae in sortem noua stipulatione redigerentur; 2) Si in condemnationem essent deductae, rei indicatae non pareretur. Vtrumque sustulit IVSTINIANVS: ne, vt ait, illus casus machinationibus relinquatur a). Ratio, cur Anatocismum plane & penitus

tus abrogauerit, in eo posita est: ne occulte crescentibus usuris, *subita pecuniae debitae exactione*, debitor opinione citius evertatur, cum creditor illi de usurarum solutione mature instare potuerit & debuerit. Quae quidem ratio, cum non profiscatur ex *syste-*  
*mate romanae iurisprudentiae proprio*, sed nostrarum etiam rerum publicarum conditioni sit communis, eam legislationem merito in foris nostris sequimur b); nec spectamus, num quid iniuritatis in una alteraque specie habeat? Sed an universum profit? Ex quo sequitur: Si quae incident negotia, ad quae ratio legis non conuenit, eadem *anatocismi odio & legibus non subiacere*. Igitur ab hac sanctione prohibitua merito excipimus I) *Annuos redditus debito tempore non exsolutos*; propter hos enim usuras peti posse vel ideo licet, quia isti annui redditus per se *principaliter & non accessorie ad capitale debentur c)*. Imo, ut recte monuit *covarrv. d)* in illis usurari dari non potest, quippe usura supponit *fortis obligationem*, in annuis vero redditibus nulla est ad sortem obligatio, quia illa perpetuo alienatur, & transit in recipientem, si is nolit redimere. Sicque vere dici nequit, quod aliquid praestetur ultra sortem, sed bene, quod aliud loco fortis alienatae percipiatur, videlicet ius annui redditus e). II) Ad usuras usurarum tenetur *tutor*, qui usuras a debitoribus pupilli accepit, & eas fortis nomine tertio non elocavit: quia officium bo-  
ni



ni tutoris neglexit, & vsuras apud se retinens eas presumitur in usum proprium conuertisse f). III) Fideiussor pro vsuris a se solatis recte vsuras petit; vsurae enim solutae ex parte fideiussoris soluentis non amplius vsurae sunt, sed vera sors, & sic vsuras vsurarum proprie non perit, sed rem tantummodo suam propriam persequitur, damnum scilicet ex priuatione usus sibi enatum, id quod diserte probat G. A. STRVV. g) & firmat hanc sententiam praeiudicium, quod adfert BARTH. h)

a) in L. 26. & 28. C. de vsur. & L. 3. C. de vsur. rei iudic.

b) quod dilucide confirmat COCCEIUS de anatocism.

c) AND. GAIL. L. 2. obf. 7. n. 6.

d) 3 var. resol. 7. n. 3. vers. secunda ratio, adde BRVN-  
NEM, ad L. 28. C. de vsur.

e) M. BERLICH p. 2. decif. 268. n. 29.

f) per L. 7. §. 12. ff. de admin. & peric. tut.

g) Exercit. 27. th. 51. n. 2.

h) in Select. Cam. Imp. Sent. d. 28. Apr. anno 1568.

## §. VI.

Creditori diximus non tantum licere vsuras quincunes petere, sed &, si maius interesse propter moram a debitore commissam se docere, posse putet, eundem ad eius probationem admitti. Dubitant autem



tem multi, quale interesse admittendum sit; vtrum tantum damni emergentis, an lucri cessantis quoque?  
BRVN NEM. a) interesse lucri cessantis in mercatoribus tantum admittere videtur. Sed si inspiciamus *Recess. Imp.* b) vtrumque & emergentis damni, & cessantis lucri, in iudicium deducere permittitur. Ita enim ille habet: sondern er vermeinen wolte, tam ex lucro cessante, quam damno emergente ein mehreres zu foderen, daß ihme alsdan sein ganz interesse zu deduciren, gebithlich zu liquidiren, und zu beschneigen und der richterlichen Erkenntniß zu gewarten unbemommen seyn soll. Ceterum cum hac in re circumstantiae facti circa lucrum cessans & damnum emergens mirum in modum variare possint, fieri non potest, vt certa aliqua regula constituatur, quae determinationem eius, quod interest, absoluat, sed soli hoc prudenti iudicis arbitrio, quid damni reuera illatum, quidque lucri eruptum sit, relinquendum esse existimo.

a) ad L. 2. ff. de eo, quod cert. loc.

b) de anno 1600. §. 139.

### §. VII.

Dubitari etiam hic forte posset, an non in *iuramento Zenoniano*, quo is, qui vim passus est, damna sibi per eam data aestimat; & in litem affectionis, quo quantitas singularis interesse asseueratur, plus quam *vfurae vfurarum* lateat, quippe cum de veritate damni

C per-



perpessi, & illius, quod inter sit, non constet. Enim uero, cum in his partim tantum de resarcitione damni illati agatur, partim etiam, quod plerumque fit, ante quam iure tur, iudex quantitatem iuris iurandi taxare soleat, quomodo sub hisce iuramentis vel minima usurariae prauitatis species tegi possit vel lateat, haud inuenio. Hinc est, quod non tantum de frequenti horum iuramentorum in foris usu testetur LEYSERA) sed & in CAMERA IMPERIALI in defectu probatio num haud raro adhiberi constat ex sententia d. 2. Octobr. 1618. lata; vbi in Causa Johann Stöplers hinterlaſener Wittib und Consorten Cea, Johann Ham stadt in pto. liquidationis pronuntiarunt: ist Dr. H. ſein der Communication rotuli halber beſchheenes Be gehren abgeschlagen, ſondern erkant, schwöhren Appellaten ſelbst, oder durch ihren dazu genuchsam gewollmäch tigten Anwalt einen Erd zu Gott, und auf ſein heiliges Evangelium, daß ſie lieber 40427. fl. 12. fr. darob und nicht darunter von dem iherigen verlieren, oder ſo viel nicht gewinnen, als deren in aetis angezogenen Gutern, Frucht und Nutzungen, ermanglen wollen, daß ihnen alſdan Appellanten ſolche Summam zu entrichten und zu bezah len ſchuldig ſeyn ſollen re. Cui conformiter in Causa Herrn Grafen zu Wiedrunkel contra Biermann, cum probatio quantitatis damni perpessi haberi non pot erat, eodem modo iudicatum esse refert Excellent. L. B. DE CRAMER b) & consonat his sententia no uissime



uissime d. 17. Iulii 1765. In Sachen Carl Anton Eoels contra Schultheis und Gemeinds-Leuthe des Kirchspiels Ripsdorff und Gräfl. Manderscheid Blanckenheim. Causa lata.

Apparet ergo ex adductis, tam aequitatis naturalis, quam vniuersalis analogiae iuris principia id maxime expostulare, vt nemo cum damno alterius locupletior fiat; fieret autem ille, qui damnum nobis sua culpa aut negligentia datum non teneretur restituere, quique lucrum, quo nos ipsi, si ille non impediuerit, frui potuissemus, nobis eripiendo suum faceret. Haec, si applies ad iniquum rei alienae detentorem, & raptorem turbulentum, certe, cum ille maximo cum veri domini damno locupletetur, quod exinde tam emergens damnum, quam lucrum per ipsum cessans praestare obligetur, tum ex eadem ratione, tum omni id exigente lege eidens est. Haec de usuris in genere dicta sufficient; videamus nunc & ea breuiter, quae de fructibus dicenda restant. Itaque

a) in Med. ad Pand. Spec. 146.

b) in obs. iur. vniu. Tom. II. obs. 592.

### §. VIII.

Omissis illis, quae de vario fructuum significatu vulgo tradunt DD., sub proprio fructuum nomine intelligimus omne id, quod ex re immobili vel propter



*pter rem immobilem in frugibus naturalibus vel praestationibus ciuilibus, aestimationem commercii humani fermentibus, prouenit.* Haec ipsa notio vtriusque & fructus, & vsurae, differentiam abunde testatur. Haec enim, vti in superius data definitione diximus, propter *dannum ex priuatione usus enatum* praestatur; cum e contra illi *ex ipsa re immobili renascantur* *proueniant*, & de caetero etiam quoad effectus in plurimis diuersi sint, quae cuncta autem breuitatis causa hic omittimus.

### §. IX.

Inter caeteras, quae de fructibus proferuntur distinctiones, praecipuam, hicque non praetermittendam, ducimus illam, qua fructus in *perceptos*, qui a corpore separati, licet nondum collecti sint *a)* & *percipiendos*, qui licet nondum sint percepti, fictione tamen iuris certis casibus habentur pro perceptis, quos scil. possessor dolo vel culpa non percepit, cum tamen percipere potuisse *b)* communiter diuidunt. Fructus percepti iterum sunt vel *existentes*, qui aut vere, aut ficte, quatenus nimirum iis locupletior factus, apud possessorem adhuc extant *c)*; vel *consumpti*, qui vel propter naturalem vel ciuilem assumptionem apud eum non amplius extant. Interest hisce multum ratione possessoris ad restitutio- nem fructuum obligati; nam *b. f.* possessor de fru-  
ctibus



Etiis percipiendis non tenetur; quoad perceptos autem ante L. c. distinguendum est, an extent, vel consumpti sint: hos praestare auctori non tenetur d), illos autem scil. fructus extantes omnes restituere compellitur e); De m. f. possessore res plana est, quod inde ex tempore, quo possidere incepit, restituere teneatur fructus omnes, tam perceptos siue extent, siue fint consumpti, quam percipiendos, qui scil. ab ipso possessore vel petitore, si ipse rem habuisset, honeste percipi potuissent f); nec impedit, quod forte titulum possessionis habuerit, quia nihilo minus in mala fide est. Post item contestatam de b. f. possessore idem quod de m. f. possessore diximus, iudicium esto, quippe cum per eam in mala fide constituantur g), ideoque, si causa ceciderit, a momento huius, aequae ac m. f. possessor ad restitutionem omnium fructuum tenetur, quin & si appellatum fuerit, a tempore litis in prima instantia contestatae eosdem in computum redigendos esse ostendit H V B E R h). De caetero autem, quod vincens in possessorio, si postea in petitorio succumbat, saltem fructus a tempore litis in petitorio contestatae restituere debeat, pluribus deduxit Clariss. STREIT. i).

Hisce de usuris & fructibus generatim praemisis, quae in primis scitu necessaria sunt absoluissime credimus. Restarent quidem adhuc plura de his dicenda, sed cum adeo fusi a proposito disputationis no-



strae scopo nimis recessuri videamur, instituti nostri  
ratio exquirit, vt ad ea, quae praeципue in hac dis-  
sertatione de *usuris fructuum* exponere nobis propo-  
suimus, properemus.

- a) L. 13. ff. quib. mod. *vſusfr. amit.*
- b) L. 33. & 62. ff. de R. V.
- c) L. 40. §. 1. ff. L. 1. C. de haered. petit.
- d) §. 35. Inst. de rer. diuis. Distinguendum tamen est  
inter iudicium *uniuersale* & *singulare*; in illo enim b. f.  
possessor ex consumtis fructibus restituere tenetur,  
quatenus factus est locupletior. L. 20. §. 3. L. 25. §. II.  
L. 40. §. 1. ff. de heredit. petit.
- e) L. 22. C. de R. V.
- f) cit. L. 62. pr. & §. 1. & L. 33. ff. de R. V.
- g) cit. L. 22. C. de R. V.
- h) ad ff. iir. de R. V. §. 9.
- i) in diss. de *reſtitutione fructuum quoad eum qui vicit in poſſeſſorio & poſtea ſuccubuit in petitorio.*



## SECT. II.



## SECT. II.

### DE VSVRIS FRVCTVV M.

#### §. I.

**S**icut vsluras in vniuersum de *omni re fungibili* licitas esse supra (§. II.) satis ostendimus, ita & hic eadem aequitatis & iustitiae ratio exquirere videtur, vt creditori *fructuum* propter *damnum*, aut *carentiam* potius, quae ipsi ex *priuatione vslus* suorum *fructuum* accidit & enascitur, liceat aliquid a debitore pro indemnisatione percipere; quia sicut *fructus* in *commercio* sunt, vendique, mutarique possunt & elocari, sic etiam nihil rationi obloquitur quin etiam horum vslurae sint de genere permisorum, iure omni id postulante, vt quilibet intuitu rei sibi propriae indemnisi seruetur.

#### §. II.


Hac itaque ratione recte *fructus* naturales cœres fungibles non tantum in *mutuum* dantur a) sed & de his *stipulatio vslurarum annuarum* vel in *nummis*, vel in *quota certa* de eadem re fungibili locum habet b). Disputant autem, num in hoc mutuo *fructuum* non possint maiores, quam in *pecuniario* admitti? Clar. STEIMMIG c) *centesimas* adhuc hodie ideo *permislas* esse putat d), quod in *fructibus* pretium



tium non semper sit idem. At , cum *Recess. Imp. nouiss.* de usuris expressim statuat : sollen von nun an dieselbe (*usurae*) sie seyen aus wiederkauflichen Zinsen oder vorgestreckten Anlehn herrührig und versprochen, jedoch nach Anweisung der Reichs-Constitutionen , und weiter nichts , als s. p. Cent &c. bezahlt werden e), adeoque non distinguat, an mutuum consistat in pecunia , an in fructibus , sed indistincte tantum quincunces & non ultra concedat, neque ubi lex non distinguit, nec nobis liceat distinguere ; certe, quod salua hac imperii sanctione praememoratae iuris Rom. constitutiones in hodiernam praxin deducere liceat , non ausim defendere. Idque circa , aut plane extirpanda sunt hae leges (poterit enim, ne malitia suscipio excitetur, mutuum in fructibus datum pretio eius temporis, quo datum est, aestimari, & hoc modo usurarum lucrum temperari) aut circumscribenda erunt leges arctioribus limitibus. Hisce praemissis, quis negabit domino facultatem elocandi fructus de praedio suo perceptos erga usuras in mutuum, easque ex conuentione omnino subsistere.

- a) L. 2. §. 1. ff. de reb. cred. pr. Inst. quib. mod. re contr. oblig.
- b) L. 12. C. de usur.
- c) in diff. de usur. specierum.
- d) per L. 23. & 26. C. de usur.
- e) ibid. §. 174.

§. III.



## §. III.

Diximus *s. anteced.* recte de fructibus vsuras ex mutuo percipi. Videtur proinde etiam haud quidquam iniquitatis subesse, vt dominus praedio & fructibus ab alieno detentore priuatus de fructibus vsuras repeatat propter damnum sibi ex priuatione & carrentia vsus enatum ex pari causa & iuris assistentia. Cum autem partim hoc casu fructus non tanquam sors sed mera accessio considerari debeant, & de omni accessione certum sit, hanc non parere accessionem vltiorem *a*), cum sit accidens accidentis, ideoque nec in bonis nostris, nec extra bona nostra esse dicitur *b*); partim etiam LL. nequidem m. f. possessorem ad vsurarum de perceptis fructibus praestationem obligatum esse expressim velint *c*); quo fundamento dominus, praedio suo priuatus, de fructibus vsuras repete queat, nulla superest ratio. Nec iuuat L. 51. de petit. haered. haec enim, vti eleganter monet L. B. DE CRAMER *d*) tanquam exceptio a regula tantum in iudiciis vniuersalibus locum sibi vindicat, cum haereditas per fructuum accessionem intrinsecus augeatur *e*) ideoque vsurae istae non tam sint vsurae fructuum, nec itaque accessio accessionis, sed potius vsurae haereditatis, cuius partem & augmentum fructus ante L. C. percepti aequa, ac aliae res haereditariae constituunt *f*); fructus fructuum

D

fructuum



Etuum autem non in meliorem partem, quam usurae usurarum concipi possunt.

- a) L. 2. §. 5. ff. de admin. rer. ad ciuit. pertinent.
- b) Ill. L. B. DE CRAMER in obs. iur. vniu. obs. 766. ibi-  
que citati.
- c) L. 15. de usur. & L 18. ff. de his quae ut indign.
- d) loc. cit.
- e) L. 10. §. 1. de haered. petit.
- f) STRV. S. I. C. Ex. 10. th. 58.

#### §. IV.

Quemadmodum interim casus dabilis est, obueniatque iudiciis saepe numero, ad fructus etiam percipiendos condemnari eum, qui resistente iure per iniquam detentionem alteri damnum infert, sic etiam nihil refragatur praepositis juris regulis, quin ad praestationem quanti interest domini re & fructibus carere, indeque omssum ab iniusto detentore incrementum non percipere, teneatur omnis iniuste possidens. Etsi enim hanc corporis fructiferi augmentationem, quae ipsam sortem constituit, sub usurarum appellatione non comprehendamus, nihil tamen certius est, quam quod propitiante iure ille, qui vel fecit, vel potuit facere, vt de fructibus pretium ad usuras detur, vel ex fructibus alii fructiferi



feri fundi acquiri possint, luat omissionis poenam per praestationem *interesse*, quod ab usurarum qualitate non deuiare omnimodo quidem, sed sub earum appellatione non venire, putamus.

### §. V.

Cum eo, quod de licita in *emtione annuorum reddituum* pro fructibus vel redditibus non solutis usurarum exactione superiorius adduximus, omnia quoque iura & praxis iudiciorum quotidiana consonat. Speciatim de *Supremo Cam. Imp. iudicio testis est DE LVDOOLF a*): *doctrina est communis*, inquit, *¶ in Camerali iudicio recepta opinio, quod redditus annui habeant rationem sortis, non tanquam accessio, sed tanquam obiectum ipsum emit. vend. fors ipsa, siue merx emta, hinc ex mora iure peti usuras pensionum non solutarum b*). Ne cogites autem de usuris annuorum reddituum ad usuras fructuum argumentum protrahere; ratio enim disparitatis, cur non aequa de fructibus ex praedio restituendo perceptis pariter restantibus ob moram usurae peti possint, potissimum in eo elucet, quia fructus per se sunt merae accessiones & commoda, de his autem iuxta superiorius iam demonstrata valet juris regula: *quod quis commoda commodorum petere non posse c*); e contrario, quod annuatim ex ipso contractu emptionis percipitur, non est fructus pecuniae, neque accessio aliqua ad fortrem, sed merx

D 2

siue



sive res empta, redditus, qui percipitur, ipsa *sors* dicitur *d*); ideoque sicut propter omnem morosam *sorsis* solutionem usurae sunt licitae, ita & in annuis redditibus debito tempore non solutis petitio usurarum improbari nequit.

*a*) Symphor. T. I. Consult. XXV. col. 534.

*b*) conf. eund. obs. III. 261. IV. 327.

*c*) cit. L. 2. §. 5. ff. de admin. rer. ad ciu. pert.

*d*) GAIL. Lib. II. obs. 7. n. 6.

### §. VI.

Videamus nunc breuiter, quid differentia de fructibus extantibus & consumptis in hac materia operari possit? Interest, ut memorauimus Sect. super. §. 9. multum ratione possessoris ad restitutionem fructuum condemnati, num percepti fructus apud eum adhuc extiterint, num consumperit eos? Non est autem eadem fundamenti ratio, vt haec distinctio & hic, vbi de repetitione usurarum de fructibus quaeritur, domino, praedio suo ab alieno detentore priuato, ius pro re nata fortius in repetendo tribuat. Nam *indistincte* rei alienae detentor ab usuris perceptorum fructuum liberatur *a*); sub denominatione perceptorum autem, tam extantes, quam consumptos fructus venire, nemo est, qui dubitat.

*a*) L. 15. ff. de usur. & L. 18. ff. de his quae ut indig.

### §. VII.




## §. VII.

Nec struunt differentiam leges in hoc negotio, an possessor ad restitutionem fructuum obligatus, mala, an bona fide fructus percepit? Absoluunt enim adeo malae fidei possessorem a praestatione usurarum fructuum perceptorum a) ideoque eum, qui bona fide percepit, multo potius ab hoc onere immunem esse, tam ratio legis, quam summa etiam aequitas & iustitia expostulat.

a) cit. L. 15. ff. de usur. & fruct.

## §. VIII.

Dictum est, detentorem rei alienae regulariter de fructuum usuris non teneri. Sed quid, si fructus per sententiam & adjudicationem iudicis debeantur, nonne saltem ex hoc tempore dominus usuras fructuum tanquam ex re iudicata recte petet? Evidem valde plausibilis videtur haec sententia, eo quod IUSTINIANVS centesimas ex re iudicata usuras approbat. a). Ast accuratius inspicientem non latet, totum titulum Codicis de usuris rei iudicatae rem iudicatam super sorte supponere; quis autem probet per sententiam iudicis tantum effici, ut fructus illi non amplius pro accessione habeantur? Sane aequa parum fructus pro sorte haberi possunt, ac usurae ex pristino contractu in condemnationem deduciae. Neque ideo, monente hoc etiam L. B. DE CRAMER b) in his tempus rei



judicatae attendendum est, quippe cum fructus per sententiam adiudicati naturam accessionum non exuant, sed veniant tanquam accessiones rei principalis in actionem & condemnationem, adeo, ut ad iudicatione nullum potius fundamentum, quo usurpas de fructibus perceptis petere liceat, tribui manifestum sit: hinc dispositionem L. 15. ff. de usur. & fruct. exinde limitationem non recipere merito concludimus.

- a) in L. vlt. C. de usur. rei iud.
- b) in Opusc. Tom. II. opusc. 26. § 15.

### §. IX.

Operae pretium esse ducimus, ut hic quoque incidenter examinemus, quid de creditore antichretico ratione restituendorum sentiendum sit? Nondum sepulta est controversia: an quidquid in antichresi usurarum legitimarum limites excedit, in sortem imputandum sit? De antichresi tacita hoc vnamimenter concedunt Doctores; in expressa autem, & praelertim vbi fructus incerti, modicum usurarum excessum non attendi, ideoque exin nihil in sortem imputari volunt. In fructibus quidem certis omne id, quod quincunces usuras superat, in sortem imputandum esse, libens fatetur CARPZOV a); in quantum autem in incertis antichreticus creditor ad rationes reddendas adstrin-

adstringi possit, solo iudicis arbitrio & moderamini  
relinquit idem auctor b). Aequius hac in re statuit  
Illust. MENCKEN c), cui simpliciter assentimur, nul-  
lamque inter fructus certos & incertos in hoc sensu dif-  
ferentiam admittentes creditorem antichreticum de  
perceptis fructibus ad rationes reddendas omni casu  
adstrictum credimus, hac vna commoti ratione,  
quod illud, quod in incertis fructibus propter sterili-  
tatem debitae usurarum quantitati forte in uno anno  
deest, ex messe alterius anni locupletiori redintegrari  
possit. Seruat hanc in iudicando normam Supre-  
num Cam. Imp. iudicium, ut in Sachen von Woers-  
now wieder Gebrüdere von Saltern iudicatum esse re-  
fert L. B. DE CRAMER d). Hoc itaque modo quid-  
quid deducitis usuris & impensis in fructibus rema-  
net, tenetur creditor antichreticus sorti imputare,  
adaequata autem perceptis fructibus sorte fundum  
antichreticum absque vila remoratione debitori re-  
stituere.

a) P. II. Const. 30. d. 42.

b) ibid. def. 41. n. 7. & HORN Class. II. Resp. 46. n. 2.

Class. V. resp. 31. n. 3.

c) in diff. nullum excessum usurarum in pacto antichret.  
esse tolerandum.

d) in Westfälischen Beyträgen P. I. p. 22, seqq.

## §. X.



## §. X.

Sed quid, si sciat creditor antichreticus, sortem, & iam ultra, fructibus perceptis absumptam esse, nihilo minus autem fundum antichreticum retineat? Non dubito, quod per hanc malitiosam retentionem in mala fide constituantur, cum sciat, sibi non amplius ius in hoc fundo esse, & dolo tamen non restituat; ideoque eum a momento huius scientiae, sicut omnem iniquum detentorem, tam ad perceptos quam percipiendos fructus teneri, minime vero, prout supra de m. f. possessore in genere probauimus, ad usuras fructuum percipiendas, sed tantum in quantum locupletior factus, obligari creditus.

## §. XI.

Vidimus haec tenus, quid de usuris fructuum theoriae doceant principia. Restat perlustrare, in quantum his iudicaria praxis sit consona? Et certe tantum abest, ut ab his recedat, quin potius iisdem in iudicando rationibus constantissime insistant dicasteria. Eminent inter haec paeprimis Supremum Cam. Imp. Iudicium, in quo, testante DE LVDOLF<sup>o</sup>, quasi pro regula recepta est sententia: Si fructus principaliter tanquam pars hereditatis veniant, aut, prout in annuis redibus, naturam sortis habeant, quotidie de his ob moram usuras adiudicari; aliud tamen



tamen fore, si fructus tanquam accessiones rei principalis in actionem & condemnationem veniant, tunc enim semper eatenus petitionem usurarum reici. Neque adeo, referente *Illustriſſ. L. B. DE CRAMER<sup>b</sup>*), attendi, quod fructus fuerint in condemnationem deducti, cum nouatio, quae subest rei iudicatae, ex fructibus aequre minus ac usuris fortem efficiat. Haec in regula recepit Camera Imperialis. In quantum autem praeiudicia passim desuper extantia conueniant, & quasnam eadem iam concesserit limitationes, sequentibus perscrutemur.

a) Obs. 24. p. 74. & obs. 378. p. 355.

b) Opusc. Tom. II. opusc. 26. §. 15.

### §. XII.

Olim quidem nulla diuersitas Sententiarum Cameralium in hac materia deprehenditur, sed omnia si colligas, quae extant, praeiudicia, non inficiabaris; Cameram Imperialem a memorata ante regula nihil recessisse, & absque illa limitatione secundum eam constantissime iudicasse. Ast miraberis forte, quod anno 1674. in causa von der Thann Cta. Marſchalc. creditores permiserit Camera fructus ad capitale pecuniarium adiicere, & de hoc usuris quintunces percipere. En enim sequentem huius sententiae tenorem: Ist Dr. Z. Herren Principalen, wie  
E viel



viel die von Thannen seither erhobene fructus aus dem vier-  
ten Theil des verschriebenen Marschall. Behnten, de-  
ductis deducendis, an Geld ertragen, forderist in ein  
gewissem quantum zu bringen, um davon ihm F. die zu-  
erkannte pensiones s. p. Cent zu entrichten, hiermit com-  
mittiret, und gedachten Dr. Z., daß deme also nachgelebet,  
glaubliche Anzeige zu thun Zeit z. M. p. t. & p. V.  
A. W. angesetzt, mit dem Anhang, wo er deme also nicht  
nachkommen wird, daß alsdann auf Impetrantens Anru-  
fen fernher ergehen soll, was recht ist a). Sed minime  
desunt optima huius sententiae argumenta. Suberat  
enim in dicta causa nouatio quaedam non lucri ca-  
ptandi causa, sed ex necessitate, idque in fauorem de-  
bitoris, nec non, promouente id iudice, maioris  
damni vitandi gratia; & vterius vsurae, quae de  
fructibus capitali adiectis percipiebantur, non erant  
ex pristino contractu in condemnationem deductae,  
sed ex nouo, eoque haud voluntario, sed necessario,  
contractu & conuentione judiciali. Ideoque etiam  
haec nouatio tantum effecit, vt non proprie de fru-  
ctibus, sed de capitali pecuniario cum illis in sortem  
redacto, vsurae perceptae & adjudicatae sint. Hinc  
est, quod & nouiori tempore In Sachen der Minder-  
jährigen von Ranne Ca. Raab Christoph von Oeyn-  
hausen, vbi par ratio suberat, de vsuris per trans-  
actionem capitali adiectis vsuras adjudicauerit Came-  
ra b).

a) in

- a) in DECKHERI collect. Sent. Cam. Num. 530. p. 243.  
 b) Conf. L. B. DE CRAMER N. St. XIX. 2.

### §. XIII.

Nouis temporibus *Camera Imperialis* regulariter quidem usuras fructuum non adiudicat, sed si eum, qui fructus restituere cogitur, non appareat in spolio versari, plerumque vel simpliciter eatenus petitionum denegat, vel meliorem spolii probationem a petente exigit. Occurrit hoc in causa von HAXTHAVSEN Ca. von HAXTHAVSEN, & in causa von TWISTE modo von HANXLEDEN Ca. MESCHENDE. L. B. DE CRAMER Dn. Referentem notanter mentem suam sic expostisse refert a): *quoad usuras fructuum Actoriam darem dahin, daß der von Hanxleden, besser als beschehen beweise, wie und woher er diese zu behaupten vermeine, weilen dato weder in his, nec aliis actis was geurhelt noch angewiesen ist, daß die von Twiste würfliche Spoliatores gewesen, mithin contra hos actio spolii vorhanden, in qua sola usuras fructuum concedere solemus. Majoribus vero, pergit, quibus nil certius vixum, quam spolium nullum subesse, ex eodem principio Actoria illa non placuit, sive usurae fructuum denegatae.* Confirmant haec praeiudicia in Sachen NEVENBECKEN Ca. PADERBORN, LIPSPRING Ca. HIBORVG SCHOEN & pleraque alia.

E 2

a) in



a) in obs. iur. vniu. obs. 766. pag. 473.

### §. XIV.

Apparet ergo ex adductis ante praeiudiciis, petitum de usuris perceptorum fructuum in Camera Imperiali non attendi, nisi *vnico casu spoli*; quo probato in eius *odium & poenam* non raro usuras fructuum adiudicari testatur *Illustriſſ.* L. B. DE CRAMER a). Nec desunt etiam huius asserti praeiudicia, nam in causa **Goldmannischer Erben** Ca. von **Greiffenclau**, vbi euidenter apparebat reum in spolio versari, eum in usuras perceptorum fructuum condemnarunt maiora iudicij b), idemque ex Sententia in Causa **COELS** Ca. **MANDERSCHEID BLANCKENHEIM** lata & pluribus aliis obseruare est,

a) in opusc. Tom. II. opusc. 26. §. 15.

b) idem in *Wegl. Beytr. P. I.* pag. 19.

### §. XV.

Sed quaeres forte, quaenam diuersitatis sit ratio & fundamentum, cur supremum Camerae Imperialis iudicium non aequa spoliatorem, ac quemcunque alium malae fidei possessorem, ab usuris perceptorum fructuum liberet, cum tamen generalis prohibitionis ratio, ob quam de fructibus usurae non



non debeantur, quia scil. *accessio accessionis non prae-*  
*statur*, non minus spoliatori, quam cuicunque alii  
malae fidei detentori contueniat? Verum ratio dispa-  
ritatis in promptu est. Hae enim a spoliatore soluen-  
dae vslurae fructuum, prout eleganter monet *Celeberr.*  
*L. B. DE CRAMER a)*, sunt reuera species mulctae,  
quia supponendum, possessorem rei restituenda nihil  
de perceptis fructibus consumisse, sed omnia,  
quae percepit, in mutuum pro vsluris dedisse. Ex  
quibus, si licet, fundamentum huius diuersitatis  
magis iure praesumtiuo, & aequitate auctoritate  
praxeos firmata, quam legibus expressis niti, merito  
inferimus.

a) in Wechlar. *Veytr.* loc. cit.

### §. XVI.


Coronidis loco incidit quaestio haud parum dif-  
ficilis decisionis, nempe: an non dominus re sua  
*longissimo tempore* priuatus idem damnum emergens  
& lucrum cessans sentiat, quod dominus forte *breui*  
*tempore*, sed *spoliatiue*, deiectus? Et sane, fateor,  
hoc nec determinare, nec negare ausim; possunt  
enim in his circumstantiae facti adeo variare, ut pri-  
uatio praedii pro re nata plus huic, quam illi, & e  
contra illi magis, quam huic, damni emergentis ad-  
ferat, lucrique cessantis subtrahat. Sed quid refert,

E 3

etiam



etiam utriusque hoc damnum emergens & lucrum cef-  
fans idem esse; non tamen eundem pro utroque do-  
mino effectum fortiri poterit. Nam, ut in superio-  
ribus Sphis iam saepius animaduertimus, solo domi-  
no spoliatiue suo praedio priuato *Camera Imperialis*  
de fructibus perceptis permittit usurarum exactio-  
nem, ideoque dominum re sua, et si longissimo tem-  
pore, non tamen per spolium, orbatum, non cre-  
dam iuuari posse, si usuras de fructibus perceptis a  
detentore per modum damni emergentis & lucri cef-  
fantis repetere velit. Nam ubi lex nequidem usuras  
concedit, certe etiam interesse damni emergentis &  
lucri cessantis tanquam quid maius non admisisse  
praesumenda est. Alias reuera soli aduocatorum  
astutiae & negligentiae, qui usuras fructuum non  
per modum interesse petierunt, tribuendum esset,  
quod hucusque in Camera Imperiali usurae fru-  
ctuum in his casibus non fuerint adiudicatae. Hoc  
itaque sensu non inferior euenire posse, vt plus in  
damno emergente & lucro cessante sentiat dominus,  
extra casum spolii, possessione sua priuatus, quam  
qui spoliatiue deiectus est. Atque si illud, quod de  
praxi Cam. Imp. Illusterrimus L. B. DE CRAMER a)  
animaduertit, quod nimurum usurae, quas spoliator  
de fructibus restituere cogitur, saepe maiorem summam  
attingant, quam si malae fidei possessor ad fructus percipiendos  
condemnetur, verum est, certe etiam plus  
lucra-



lucrari iniquum tranquillum detentorem, quam turbulentum spoliatorem, exinde sequitur.

a) loc. cit.

### §. XVII.


Plura equidem possent in medium adduci, quae singulis haec tenus a me allatis lucem foenerarentur, probarentque vberius omnia, quae de usuris frumentorum summatim tetigi, capita. Nec etiam de speciebus huic usurarum generi vicinis difficilis foret fermocinatio. Sed plura nunc addere non vacat. Vberiorem igitur & pleniorem argumenti expositionem in aliam occasionem differentes, beueulo le-

Etori nos commendamus, atque dissertationi imponimus

F I N E M.



# THE EASY WAY







V  
D  
18

ULB Halle  
007 662 947

3





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres

8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
Inches

Farbkarte #13

COMMENTATIO IVRIDICA INAVGVRALIS

DE

# VSVRIS FRVCTVVM

QVAM

CONSENSV ILLVSTRIS ICTORVM  
ORDINIS

PRO

SVMMIS IN VTRQVE IVRE HONORIBVS  
RITE LEGITIMEQVE CONSEQVENDIS

IN ALMA LVDOVICIANA

AD DIEM XII. DECEMBER. CIO IOCC LXV.

PVBlico PROCERVM ACADEMIAE EXAMINI  
SVBMITTIT

FRANCISCVS CAROLVS  
DE SACHS

WETZLARIENSIS.

GIESSE,

EX OFFICINA BRAVNIA.

25

